Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·r·l·

57

eis. Puerulus n. natus est nobis. filius datus est nobis. Et factus est
principatus super humerum eius. et vocabitur nomen eius admi-
rabilis. consiliarius. deus fortis. pater futuri seculi. princeps
pacis. Multiplicabitur eius imperium. et pacis non erit fi-
nis. super solium David. et super regnum eius sedebit ut
confirmet illud. et corroboret iudicio et iustitia
amodo et usque in sempiternum. l.e.b.p.a. ad tertiam.
Me. Apparuit gratia dei salvatoris nostri omnibus hominibus
erudiens nos. ut abnegantes impietatem. et secularia
desideria sobrie. et pie. et iuste vivamus in hoc seculo. ex-
pectantes beatam spem. et adventum gloriae magni dei. et sal-
vatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis. ut
nos redimeret ab omni iniquitate. et mundaret sibi populum
acceptabilem. sectatorem bonorum operum. Haec loquere. et
exhortare.
Tr. Verbum caro factum est. de spiritu sancto ex maria virgine. natus est hodie
in christo iesu domino nostro.
Alleluia. Principium in die virtutis tuae. in splendoribus sanctorum
tuorum. ante luciferum genui te.